



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Bonaë, Eminentissimi S. R. E. Titulo S. Bernardi
Ad Thermas Cardinalis Presbyteri Opera Quotquot
hactenùs separatim edita fuerê Omnia**

Bona, Giovanni

Antverpiae, 1677

Censura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10805

C E N S U R A.

Reverendiss. P. Magistri Fratris Michaëlis de Alcantara Vicarii Generalis Italia, & Siciliæ, & Procuratoris Generalis totius Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Sanctæ Inquisitionis in Hispania Qualificatoris, & Sacræ Congregationis Indicis, in Urbe Consultoris.

Jussu Reverendiss. P. Fr. Raymundi Capizucchi S. A. P. Magistri, Ord. Prædicatorum vidi librum istum, cujus titulus est: *Via Compendii ad Deum*, Auctore Reverendiss. P. D. Joanne Bona de Monte Regali Congreg. S. Bernardi, Ordinis Cisterciensis Abbate generali, ipsumque cum magnâ animi voluptate (utinam fructu) perlegi, & præterquam nihil in eo reperi Catholicæ nostræ Fidei, aut bonis moribus non conforme, judico illum spiritualis vitæ amatoribus utilissimum fore; in eo enim miro modo, ac singulari methodo digestum traditur quidquid in hæc materiâ sparsim congestum est à Sanctis Patribus, & aliis arcane hujus Theologiæ Professoribus, quos omnes Bonus Auctor magno studio, ac majori experientiâ percurrisse videtur, ut de illo verificari possit, quod juxta Magnum Gregorium homil. 5. super Ezech. de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dicitur Psal. 144. *Memoriam suavitatis tuæ eructabunt*: Eructat equidem, quæ duleiter hausit, & sapienter docet, quæ usu didicit, simulque adeò efficaciter movet, ac jucundè delectat, ut quamplures profectus ex hujus Operis lectione in Dei obsequium sperari possint. Quare dignissimum censeo, ut typis mandetur, ac in lucem prodeat. Romæ in hoc Conventu S. Hadriani Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum die 26. Julii 1657.

Fr. Michaël de Alcantara.

Imprimatur si videbitur Reverendiss. P. Mag.
Sae. Pal. Ap.

M. A. Oddus Episc. Ierap. Vicesg.

VIA